

ministroi JESU Christi objicio inter me & Te & judicium Tuum, alter Tecum non contendeo. Si dixerit, quod merueris damnationem, dic, Mortem Domini nostri JESU Christi objicio inter me & mala merita mea, ipsiusq; dignissime passionis meritum affero pro merito, quod ego habere debuisssem, & hei! non babeo. Dicat iterum: Mortem Domini nostri JESU Christi pono inter me & iram Tuam. Deinde dicat ter: In manus Tuas, Domine, commendabo spiritum meum (δ). Et conventus sui adstantes respondeant, In manus Tuas, Domine, commendamus spiritum ejus. Et securus morietur, nec videbit mortem in æternum. Confer jam quæ ex Georgio Fabritio allegat in Homiliis Latinis B. Gerhard. (ε) de Praeposito Afrano & Doctore Creutzenach. Quò pertinet, quod Martinus Crusius (ζ) in Cœnobio Rorhaldæ supra ostium templi in parte interiore lapidi incisum exstitisse memorat distichon.

Ex merito Christi tantum salvamur abundè,

Ergo tuis factis ne fidas optime frater.

Unde iterum videmus, quòd pij Veteres & judicij ultimi veritatem, certissimè crediderint, & meritorum suorum quorumcumq; fiducie diffisi fuerint: quòd pertinent veteres illi rhythmi ad imaginem Christi crucifixi Mantua in templo Franciscanor. affixi, quos leges apud Natban. Cbytræum in Itineris extremi Viatico pag. 226, 227. ubi inter alia clamat fidelis anima, Inter oves locum præsta & ab hædis (hirsus potius olidis) me sequestra statuens me parte dextrâ.

Hæc fini & ego tamquam Christianus doctor Scholasticus (nec puto nec volo me falli hæc persuasione, ita me meus Deus juvet!) anno M DC XLVI, testante Programmte vicesimo; & M DC LIX, centesimo undecimo (de cuius applausu, dum vivo, mihi mecum gaudebo) & M DC LXIV, centesimo octogesimo octavo; & ante biennium

boc

(δ) Hisce quoq; verbis usus est beatissimus Vir Martinus Lutherus, ut habetur im Bericht von seinem Christl. Abschied Tom. II X. Jenens. circa fin.

(ε) Homil. VI. die Parascev. & homil. II: Domin. XXIV. post Trinit. ad de etiam Bakij præfat. part. 2. Explicat. Evangel. Dominical. num. XLI. de Ernesto Archi Episcopo, (ζ) Annal. Suevic. part. 3. lib. 12. cap. 6.